



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

2. Quae damna adferat homini superbia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

aut sensu dominari permittas, &cæt. Tertiò in opere,  
id est, ornatu vestimentorum, potētia & luxu rerum,  
diuitiarum, &cæt, hæc in contemptum proximi nos  
exaltant, &c.

2. Secundò, multa damna adfert superbia homini:  
primò, quia homo priuat per superbiam Deum glo-  
ria sua, & sibi usurpat & ascribit. Esa. 42. Gloriam  
meam non dabo alteri. Sed illam tamen furatur su-  
perbus Deo, quia ybiq; quærit laudē suā, & nō hono-  
rē Dei, in omni em̄ opere bono duo sunt, honor & vi-  
litas. Honor & laus Deo debetur, ppter quē omnia  
debemus facerē, Phil. 1. repleti fructu iustitiae ad lau-  
dem Dei. vtilitatē ac precium Deus nobis vult con-  
ferre, quod si Deo furati fuerimus laudē, ipse priuat  
nos vtilitate p̄mij. ideò docet Christus Lu. 17. Cūm  
omnia feceritis &c. deindè superbia priuat nos fau-  
re & gratia ac misericordia Dei. Iacob. 4. Deus super-  
bis resistit, nō fauet nec diligit, sed humilibus dat gra-  
tiam. Cōtingit enim superbis sicut mōribus Gelboe,  
2. Reg. 1. quos nec ros, nec pluuiā tangit ex maledi-  
ctione Dauid, & in eū finē dixit Hugo: Superbia au-  
fert mihi Deum, inuidia proximū, ira memetipsum.  
Postremò, superbia filium Diaboli facit, sicut humili-  
itas filium Dei. Vndē propheta Job 41. Ipse est rex su-  
per oēs filios superbiae. Igitur sub illius regno sunt  
oēs superbi: quē ergo superbum videris, filium Dia-  
boli esse nō dubitabis. Est ergo & hominibus odibilis  
superbia, Eccles. 10. & in omni loco, in omni tempore  
& in omni persona non quiescit: est enim in templo,  
in vario ornatū, in diebus festiuis, quando homo se  
exornat, & tunc omnem personam quantumcunque  
etiam religiosam & deuotam reuelat &cæt. Fugienda  
est itaque ceu venenum animæ.

3. Tertiò, damna superbiae atque punitiones varias  
legimus. Quid expulit de cœlo Luciferū, nisi super-  
bia? nam dixit, Exaltabo solium meum, & similiter  
altissi-

Esa. 14.